

Accommodandum videri dicitur. Haymo.

Hugo.

Viegas.

Sententia finalis ex utraque parte acuta, & omnibus tremenda.

3. Reg. 0. Rupert.

1. Petr. 4. 594.

1. Kov. 5.

Hebr. Arabic.

Judith 13.

Justitia in peccatores actum dupli- cat Eccl. 11.

quia hęc doctrina utriusque testamenti perfectos, & imperfectos instruit, juxta uniuersaque vires, ac capacitatem. Haymo: Hic gladius bis acutus dicitur, quia & imperfectus secundum litteram exterius informat, & perfectus iuxta mysticum intellectum interius erudit. Ut alta contemplatione ad deum volent. Quartus, quia foris, in nobis luxuriam amputat carnis; & intus orationem refecat cordis. Victorin Quia qui foris in nobis amputat luxuriam carnis, intus refecat maliciam cordis.

De iudicis sententia.

Superiori questione 68. cum gladium acutum cum meliori sententia explicavimus de sententia finali iudicis. Et recte hic gladius, qui ab ore exibat, dicitur ex utraque parte acutus, quod al. qui, ut Viegas, sic explicat: quia sententia proferenda duas partes, quasi duas acies, habebit, quarum una ad predestinatos pertinebit, altera ad reprobos. Ac es gladii ad dexteram erit: Venite benedicti Patris mei. Hoc namque dicitur gladius ejus ita carnes devorabit, ut jam non sint caro, & sanguis, sed omnes carnis corruptione exuti, indutique incorruptionem, & immortalitatem, in alteram gloriam permutati erunt. Acies autem gladii ad sinistram erit; Discedite a me maledicti in ignem aeternum. Et utrinque sic erit efficax hic gladius, ut malos d. vidat a bonis, illos mittens in supplicium æternum hos in gloriam sempiternam. Thronum illum grandem, quem fecit Rex Salomon de ebore & vestivit auro, explicat Rupertus de grandi iudicio finali, de ebore ob sui candorem, & claritatem, & vestitur auro, quia nimirum aurea divinitatis justitia revelabitur tunc. Et de throno dicitur, Duo leones stabant juxta manus singulas. 3. Reg. 10. n. 19. Per hos duos leones, illas duas sententias interpretatur Rupertus suo lib. 3. in libros Reg. 3. Duo leones, ait, juxta manus singulas, quia utrobique fortis, atque formidabilis erit iudicii veritas; etenim a sinistris omnis iniquus condemnabitur, & a dextris iustus sine ulla saluabitur. 1. Petr. 4. n. 18.

Commodius tamen per hunc gladium, sententiam punitivam in damnatos intelligimus; hic gladius exibat, ex utraque parte acutus, quia hac sententia impiorum opera, & cogitationes punientur; laque duplici pœna damni, & sensus percutientur. Ait Salomon de hac sententia oquens Proverb. 5. num. 4. Nihil visum est aures illius amara, quasi absynthium, & acuta, quasi gladius bis acutus. Hebræi, Gladius duorum orum. Arabicus, quasi gladius habens duo ord. Illa sententia, quæ erit amarissima, ut absynthium, duplici ore, duplicique pœna damni & sensus feriet impium; semper pœna in peccatores duplicato ictu fertur. divina virtute protecta Judith in. num. cum pugione elevat ad caput Hophernis, dicens Confirma me Deus in hac hora; & percussit bis cervicem ejus, & abscondit caput ejus. cap. 13. n. 10. Si manus mulieris dirigebatur divina virtute, cur percutit bis; Cur semel unus ictus non sufficit; Conditionem justitiæ sequitur mulier, ut mucronem reperat in cervice: rigorosæ justitiæ ictus non unus, sed multiplex, ut inde plaga sit immedicabilis, & incurabilis. Eccl. 11. n. 4.

Quasi rompha bis acuta, & omnis iniquitas, plaga illius non est sanata. Agit sapiens de iniquitate rebelli, quæ rigidè pœditur à justitia, cui tam vicina est acies geminata supplicii, ut rompha, qua punitur, dicitur bis acuta, ut vulnus immedicabile demonstretur.

Tertio, Cardinalis Hugo: Acutus ex utraque parte, ait, quia modo scindit bonos, qui se hinc puniunt timore iudicii, ne ibi puniant secundum consilium. Eccl. 11. n. 19. Ante iudicium, para justitiam tibi. Et statim. Ante languorem adhibe medicinam; & ante iudicium interroga te ipsum; & in conspectu Dei invenies propitiationem. Ex altera parte scindet malos in futuro a bonis, & perimens in malis Isai 30. n. 31. & erit transitus virgæ fundatus, quam requiescere faciet Dominus super eum. Transiet a bonis, & requiescet in malis, flagellum inundans, cum transierit bonos, erit in calvariam vos mali. Hęc sententia j. dicitur, est gladius bis acutus; quia nunc perterret bonos, ut fugiant a peccatis, & in futuro sæculo, ubi nulla est spes, impios damnabit.

Quarto, Gladius ex utraque parte acutus; id est, habens duos mucrones, & cum frequenter in Scriptura dicitur gladius, cur talis proponitur, quod habeat duo acumina; quod ego tom. 2. in Evang. cap. 10. q. 9. n. 75. explicavi de verbo prædicationis; quia hic Dominus veniebat arguere Episcopos Asiæ; ac proinde hic Dominus formam cunctis Prædicatoribus, & magistris dicebat; idem talis gladius habet duo acumina, unum, quo auditores pertingit; alterum quo ipsummet Concionatorem penetrat. Et quando mucro gladii verbis Dei exit ad auditores, & jam alter mucro in corde Prædicatoris est infixus, verba ejus valde efficaciter sunt.

Mendoza tom. 2. in lib. Reg. cap. 5. vers. 6. n. 9. sic explicat: Gladius utraque parte acutus exibat. Hoc est, designans in duos mucrones: quorum alter ad peccatores spectaret, alter ipsius Dei ore includeretur: ut si quando Deus illo externo mucrone peccatores punctim peteret, hoc a iō intra os incluso ipsemet percuteretur: ac proinde dum peccatores ferit, præ sua infinita bonitate, ac pietate, semetipsum vulnerat.

Ad populum Israël ait Deus per Isaiam 43. n. 24. Servire me fecisti in peccatis tuis; & præbui tibi laborem in iniquitatibus tuis. Interlinealis: Præbui tibi laborem sustinendi. Quomodo fieri potest, quod Deus, qui est supremus omnium Dominus, servierit: Servire me fecisti? Et quod ipse qui est in summa felicitate, exers omnis laboris, laborem sustinerit: Præbui tibi laborem sustinendi? Explicat Cornel. à Lapide: Servire me fecisti in peccatis tuis: hoc est, in peccatis tuis me gravasti, & molestia affecisti. Israël, ob peccata sua, sæpè servitute afflicta est, & Deus ob eximia viscera suæ pietatis afflictione suorum affligebatur. Israël ob suas iniquitates in multas laborum molestias devenit, quibus Deus ob sui pietatem, etiam suorum molestiis molestabatur, ac proinde si servitute, & labore Israël percutiebatur, etiam illi quodammodo nostro dicendi modo, Deus pungebatur. Ait Isaias 63. n. 9. In omni tribulatione eorum non est tribulatus, Hebræi illam negationem excludunt, & legunt: In omni afflictione.

595. Hugo.

Judicium nunc terret bonos, & in fine percutit malos. Isai. 30.

596. Prædicator prius penetrat prædicatorum, quam auditorum.

597. Mendoza. D. usurorum vulnere quodammodo vulneratur.

598. Isai 43. Intertitia.

Corn.

Deus summi laboribus affligitur, & pungitur.

Isai 6. Hebræi.

Vatablus.

Varablus.

599.

Genes. 3.

Richard. Tilm. Tertull.

600.

Pagnin. Syrus. Arabic. D. hilar.

601. Andr. Cæs.

Aretas. Virtus ac splendor Christi non potest percipi humano sensu.

602. Joachim.

Alcazar.

afflictione eorum ei fuit afflictio. Quod ita explicat Vatablus. Cum affligebatur Israël, affliget Deus affligebatur.

Post peccatum primi Parentis, ei ac uxori ejus, fecit Deus tunicas pelliceas; & ait: Ecce Adam, quasi unus ex nobis factus est. Genes. 3. num. 21. Quæ verba communiter intelliguntur dicta per ironiam; sed Deum semper cum proprietate, ac vero sensu loqui, magis commodius videtur, & idem prædicta verba interpretantur in ordine ad incarnationem Verbi futuram: Richard. de Sancto Victore citat. à Tilm. & ante eum Tertullian. lib. 2. contra Marc. n. cap. 25. qui ait: Ecce Adam, factus est tanquam unus ex nobis, de summa scilicet adjecit ore hominis in divinitatem. Ac si dicitur in ordine ad incarnationem Verbi: Adam factus est quasi unus ex nobis. Ob hoc peccatum datur Adamo unicus cilicium, unicaque pellicea tunica, cum multis doloribus, & afflictionibus; inde est, ac si veluti diceret Sancta Trinitas; etiam unus ex nobis, nempe Filius, ob hoc peccatum, alterum cilicium, alteramque pelliceam tunicam, naturam nempe humanam in similitudinem peccati, multis doloribus, molestiis, ac penalitatibus sibi assumet, prout Dominus pertulit in sua Passione. Ecce, si Deus dat homini unam tunicam pelliceam, unumque cilicium, cum multis doloribus, etiam aliam tunicam pelliceam, aliumque cilicium cum multis doloribus, sibi reservat, & assumit.

QUESTIO LXX.

Quare facies Christi dicitur resplendens sicut sol in virtute sua?

Cum Joannes hic ait: Facies ejus, scilicet Christi, sicut sol lucet in virtute sua Pagnin. in potentia sua, Syrus, in robore suo. Arabicus, in vigore suo. Denotatur maxima vis, claritas, ac vigor solis, ut est in meridie. Et cum facies Christi incomparabiliter fulgentior sit sole, ita ut dicat, D. Hilar. in cap. 17. Matth. Quod facies Christi sit splendens centies, ideo cur hic cum sole comparatur, alius inquirendum est.

Primò, Andreas Cæleriens. ait: Quod facies ejus, instat solis lucida dicitur, id non ad sensibilem aliquam lucem, vel splendorem referri debet, sed ad mentis illustrationem: quandoquidem sol justitia vi propria, & potestate lucet, & illuminat non ita autem ille sol, qui obtutibus nostris quotidie objicitur; is enim, tanquam res creatæ, quam à Deo accepit, lucem spargit, illiusque iussu manus suam obit. Similiter Aretas, per solem, cui comparatur facies Christi, non intelligunt hunc solem corporeum qui nostris oculis cernitur, sed quandam superiorem lucem sole clarior, ac elegantior, quia ea, quæ sunt Christi, nullo sensu nec intellectu nostro percipi possunt. Deinde quia solus Christus lucet virtute propria; hic verò sol virtute accepta à suo creatore.

Secundo, Joachim Abbas hanc claritatem interpretatur, tanquam in visione Prophetæ ostensam, de eximia claritate ac splendore quem Ecclesia erat habitura in hac sexta mundi ætate, & hoc etiam spectat sententia Alcazar. c. 1. Tom. I.

zaris, qui hanc fulgorem exponit de Ecclesia Romana: Nam ecclesia facie Christi denotatur, juxta illud: Respice in faciem Christi tui. Sed quid multum, faciem Christi lucere sicut sol, quando facies Moysis dicitur luce conspicua, Exod. 34. n. 29. Quod cornuta esset facies sua, Pagnin. Quod resplendisset facies ejus, Chald. Quod multiplicatus esset splendor gloria ejus. Hęc tamen gloria, Moysis, ut testatur Joachimus Abbas erat instar bicornis Lunæ, quia cum ille esset Legislator legis veteris, sua luce Luna representabat lucem illius legis esse veluti Lunam: At Christus noster legifer fulgebatur sicut sol in virtute sua, quia lux Evangelicæ, est splendidissima, tanquam sol in suo vigore ac meridiano tempore. Sic explicat Arnobius in Psalm. 135. illud Genes. 1. num. 16. Fecit Deus duo luminaria magna, luminare majus, scilicet Solem, in potestatem diei, & luminare minus, scilicet Lunam, in potestatem noctis. Sic ait cit. Auctor: Luminaria duo magna, unum in die novæ testamenti, quod sicut sol radiat in lumine agentibus. Aliud in nocte Judæicæ conversantibus; in novo enim aperte, quod legitur, sicut in die, in ipsa littera perjuratur à Christo, qui est sol verus justitia: In veteri autem, sub littera tegmine, quasi in nocte posuim à Luna. Et recte lex legis veteris comparatur cum Luna in nocte, quia ubi verus sol Christus refulsit in mundo, statim illa tenebrosa lux legis veteris extincta, ac abolita est.

Et recte Ecclesia comparatur cum sole, in virtute sua, seu meridiano tempore, quia tunc nulla umbra conspicitur, sic in Ecclesia Evangelicæ tanta virtutum luce fulget Christus, ut in ea nihil sit obscurum, ac umbrosum. D. Ambros. lib. 4. in Examer. c. 5. explicans illa verba Cant. 1. n. 6. Ubi cubes, ubi pascas in meridie. Sic Cant. 1. n. 6. Ubi cubes, ubi pascas in meridie. Sic Cant. 1. n. 6. Ubi cubes, ubi pascas in meridie. Sic Cant. 1. n. 6. Ubi cubes, ubi pascas in meridie. Sic Cant. 1. n. 6. Ubi cubes, ubi pascas in meridie.

Tertio, Primasius, Ambrosius, Ansbertus, Haymo, D. Anselmus inquirunt, per claritatem faciei Christi significati illum splendorem, quem corona Beatorum post resurrectionem habebunt: juxta illud Matth. 13. num. 43. Fulgebunt justi sicut sol in regno Patris mei. Verum majore luce tunc resplendent, juxta vaticinium Isai. 30. num. 26. Erat lux Luna, sicut lux solis: & lux solis erit septemplex, sicut lux septem dierum.

Si ergo claritas Beatorum tunc maxime augebitur super radios solis, quibus nunc radiat, quomodo his comparatur Justorum splendor? Respondent Ansbertus, & Haymo: Sciendum est, solem tunc majorem claritatem habiturum, quam nunc habet: amplior enim est, & Sanctos, qui futura claritati solis comparantur. Adhuc instat dubium. Claritas Sanctorum major futura est, quam solis, quomodo cum Sole comparatur, ac per eum explicatur: Hęc est infinita dei bonitas, qui semper majora dat, quam promittit, promittit claritatem solis, & dabit claritatem incomparabiliter amplior.

Quarto, & maxime genuinè, ac ad litteram. Hic significatur summa gloriosi corporis Christi gloria, ac claritas, quæ veluti Sol nunc fulget in Cælo, & hac gloria resplendens, apparebit

Exod. 34. Pagnin. Chald.

Splendidior ac fulgentior est lex novæ quam antiqua.

Arnob. Gen. 1.

603. In Ecclesia justitia sine umbra respicet.

604.

605.

Deus majora dat quam promittit.

